



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo oleum ex salibus paretur. Cap. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

so perlito, vel gutta gulæ injecta, animum viuiscat, ut  
sex horis saltem omni suo iudicio viuat.

*Quid clissus, & quomodo fiat. CAP. XVIII.*

**N**E quid omittamus, & clissus quid sit, quomodo  
ve efficiatur, doccebimus. Clissus est extractio sub-  
tilitatis omnium plantæ partium in unum esse com-  
mune coiens. Est in planta radix, herba, flos, fructus, & se-  
men, & partium illarum cuilibet peculiaris natura in-  
est. Confectio talis erit. Radix colligitur quando ma-  
turitye absoluta est, folia quæ presupponimus iusto tem-  
pore collecta, ac decerpta, flores quum iam diffundun-  
tur, sic fructus, & semina, ex his omnibus subtilitates, si-  
ue essentiæ extrahantur, distillando, putrificando, ca-  
cinandoq; vel quis alio iam modo edacto. Vbi yet  
à singulis separatum altera in olei formam, altera sals  
vel liquoris eductæ fuerint, tunc omnes in unum con-  
junguntur, ut congressu, & societate mutua unitæ, in  
unum corpus coeant, siue sal, siue oleum, siue liquor fu-  
rit, tum clissum rei habebimus. Sunt qui vasis ad id pa-  
ratis distillando vnuant hoc modo, tribus cucurbitis a-  
qualis amplitudinis, longitudinisq; liquorem, oleum  
& salini sciunt, tria colla in unum colligata, in pileum  
immittunt, & qui fideliciter colla omnium recipiat, &  
concludat, & probe lufatis, ignis subiectur, qui ex sin-  
gularum contentis tenuiorem essentiam iustollit, & in  
pileo coeunt, & per orificium in subiectum vasculum  
excludit, quod excipitur, reponiturque. Hic ex multis  
virtutibus unitus occultos corporis meatus rimatur, &  
insignem in medicando usum præstat.

*Quomodo oleum ex salibus paretur. CAP. XIX.*

**D**I XIMVS multos olei extrahendi modos, nunc au-  
tem quomodo ex salibus extrahatur, ut potius,  
tenius, & penetrantius operentur. Præterea nec allo  
modo confici poterant. Videntur aliquid pinguedinis  
habere, ramen nec ardent, nec calid olei habere viden-  
tur, scilicet vi mediam quoddam. Primo

Oleum

*Oleum ex tartaro extrahere.*

Comburatur, & in salem redigatur; vt diximus, post supra marmoream tabellam exponatur loco humido, nam paucis diebus in oleum abit, excolatque in subiectam paroposidem. At si queris, hoc modo facilissime parabis. Contundatur tartarum in puluerem, cui tantundem halinitri admisceas, ac in ferrea pila, vbi cōtusa simul sunt, ignem admoueras, quo usq; totū comburatur, feces reliquę trituerint, & in lixiuo liquefacta penicillō excolato, igne lixiuium in ætherea dissoluatur, subhabet sal, mox oua decoques, tollit o boleta, & vacua replete sale, & paucō temporis intervallo in oleum abiunt. Hoc eodem modo extrahimus

*Oleum ex soda.*

Exhaustum salem è soda, in aquam dissoluemus, per liniam excolamus, vt eum purgemos, mox exiccatum, supra marmor dispargimus, & loco humido abit in oleum, & ex marmore defluet in fidem. Docemus & famigeratum

*Oleum talci.*

Etsi vi sola ignis vehementi ex solo talco exugitur oleum, ignorauim⁹ ad quid utile mox foret. Sed ad mulierum mangonia ita secimus. Contundatur in tenuem puluerem ferrea pila, mox in ollulam imponitur crassitudinis, & roboris nimij, operculo inducto operi, & ferratis filis munito, ac singulari cetera vbi illeueris, Soli triduo resicetur, postea in fornace vitrarioium trudit⁹, loco, vbi eluctentur flammæ, vel alibi, dummodo vehementissimus sit ignis, post triduum, aut quatriduum exmito, vas frange, & si in calcem iam redactum optime coniicies, serua, sin minus, idem repere ne pigeat, & parem operam impendere, quum perfecte inalbuerit calx, supra marmor accommodato porphyreticum, & humidissimo loco relinque, vel excavatis foueis, vel putco: diuque immorari sinito, & nimia humiditate effluere cernes, colligit⁹, & vitro vase recondito. Pari modo fit

*Oleum ex sulphure rubicundissimum.*

Res ita se habet. Sulphur viuum in tenue puluerem terito, & commisceto cum aqua portione olei tartari iam descripti, postea in vitro coquitus tribus horis, & resolutum in liquorem transit, per liciniam lineam traducito, ut expurgetur, in aliud vitreum vas induit, & lento ignis calore resiccato in sanguine, veluti grumsum massa haec minutim teritur, & inde confectus puluis super marmor sternitur in humida cella. Sic in humorem soluitur, qui fluit ex marmore in subiectam fidelia, hic per tenues pannicellos transfusum in vitro vas calido cinere foueatur, usque ad humiditatis consumptionem, & tandem oleum superest erit rubicundissimum. Extrahitur a mulieribus sic

*Myrrhae oleum.*

Vbi oua elixatione obduruerint, per medium dissecato, vitella eximito, in eorum loculis inspargito pulueri contusæ myrræ, & cribro succretæ, in fætili fidelia extendantur supra longiusculos asperes, ne oua iterum oleum combibant, & humida cella claudantur, & in fideliā elapsum oleum reperies.

*De aquis fortibus. C A P. XX.*

**N**UNC distillationes eas percurremus, quæ neque aquam, neq; oleum elicunt, sed veluti medium quoddam: nam vehementissima vi ignis grauissimæ terrestres partes ascendunt, & in aquas transeunt. Vnde ex igne calx tantam comburendi vim acquirit, ut erodat, & valentissime comburat. Haec non nisi reuoberationis igne exiguntur, & maximis labore, & attēione. Primo quomodo possibile fuerit

*Aquam, vel oleum ex sale elicere,*

A paucis cognitum. Salem mineralē assumito, in obtortam vitream induit, luto triplici loricata, ac bene exiccatam, & reuoberationis furno accommodato, loco ubi optimè, & exquisite flammæ eluctentur, & parvam humiditatem primo colliges: frange vas, quod subsidet, in aliud transuasa, & aqua iam extracta irrora, & iterum distilla, plus secundo colliges, iterum excipe,